

Quod mihi Deus ex gratia sua largitus est  
 Dans mihi Spiritum cum intellectu.  
 Ideò sum factus auctor huius libri  
 Et deduxi in hunc obseruabilem ordinem  
 Vt intelligant pauperes & diuites  
 Certe in terris non reperitur ipsi similis,  
 In quo mei (Deo fit laus) non sum oblitus.  
 Assequutus enim sum verũ fundamentum & veritatem.  
 Igitur hunc librum in silentio seruate,  
 Et non pœniteat hunc sæpius legere.  
 Sic veritatem discetis, & accipietis,  
 Et hoc donum Dei magnum in bonum vertetis.  
 O Deus pater, qui es in omnibus initium & finis,  
 Rogamus te propter D. nostrum Christum Iesum,  
 Vt illumines sensus rationis & cogitationes nostras,  
 Vt te laudemus, celebremus sine intermissione,  
 Et hunc librum secundum voluntatẽ tuam absoluaamus:  
 Simulq; omnia in bonum velis dirigere,  
 Nosq; conseruare in tua immensa misericordia.  
 Hoc faxit sancta tua maiestas pro sua immensa clemẽtia.  
 Auxilio diuino enumerabo vobis hanc artem,  
 Nihilque in veritate tecta vos celabo.  
 Postquam me recte & bene intellexeritis  
 Tandem erroris vestri liberi eritis.  
 Nam nihil plus est, quam vnum  
 In quo omnia latent.  
 Ideo animum ne deijcite.  
 Coquere enim, tempus & patientia vobis sunt necessaria,  
 Si vultis nobilissimis fructibus vti,  
 Non pœniteat vos temporis & laboris,

Nam